Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30328
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

legem tuam plus eis quam
omnium sum hymnorum tuorum
quam pondera abyssi placuerunt
cantabiles mihi erant
iustificationes tue in loco peregrinationis meae
recordatus sum nocte nominis tui domine et custodivi legem
tuam haec factum est mihi quoniam iustificationes
tuas requisivi
Sors mea domine dixi custodire legem
tuam deprecatus sum faciem tuam in omni corde meo
miserere mihi secundum eloquium tuum
Cogitavi vias meas et convertit pedes meos in testimonia
tua paratus sum et non turbatus sum ad custodiendos mandata
tua funes peccatorum circumplexi sunt me et legem tuam non
sum oblitus
Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia
iustitiae tuae
Particeps ego sum omnium timentium te et custodientium
mandata tua
Misericordia tua domine plena est terra iustificationes tuas
doce me
Benignitatem fecisti cum servo tuo domine secundum verbum
tuum
Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me quia mandatis
tuis credidi
Priusquam humiliarer ego delinquebam propterea eloquium
tuum custodivi
Bonus es tu et in bonitate tua doce me iustificationes tuas